8055 columna rep. prope oppidum Clusium ad Sabonam, ubi via (*Konterweg*) manu facta interruptis angusto transitu iugis, ita ut vix singula meent plaustra, longitudine X fere m. p.; dextra laevaque impendent scopuli, patet vallis, in qua Isacus amnis fertur. Columna haec servata est iussu imp. Maximiliani AVENT. Fieri potest ut haec columna sit ipsa illa quae fuit in vico Blumau prope Botzen n. 8054.

traditur:	*scribe:*
IMP · CAES	IMP · CAES
AVG	M · AVR · VAL
MAXIMIANO	MAXENTIO
P·F·INVICTO	P·F · INVICTO
	5 AVG

Servavit Aventinus apud Apianum 443, 2 (inde Grut. 281, 6) et in cod. Monac. 282 f. 143', item in ed. 1554 p. 117, cod. 1560 f. 160 *a*. VV. divisio incerta nec lectio proba.

'Columnam miliariam subrotundam e montibus Raeticis erutam', quam auctore Anglo Ioh. Strangio edidit Donat. 219, 2, hanc: IMP·C | D·N·M·AVR | VAL·MAXEN|TIO·P·F·PER|PETVO·INVI|CTO·AVG | III, quo referam non habeo, nec puto ad hanc viam pertinuisse; nam quas inde habemus columnae Maxentii omnes ab hac differunt, nec numerus recte convenit. Donatus autem tanta neglegentia fuit, ut quid peccarit, divinando assequi nequeas. — Similis socordiae homo Pallhausen (*röm. Heerstr. von Verona nach Augsburg* 1816 p. 57) hanc columnam scribit extare Avii in ecclesia parochiali: IMP·C . . . | D·N·MAXEN TIO·P·F·PER|PETVO·INVI|CTO·AVG | . . . III. Videtur Donatum male excripsisse, columnam autem Raeticam ab eo relatam habuisse pro Aviensi n. 8052.

XII. MEDIOLANIO COMVM.

8056 Agliate in ecclesia praepositurali in secunda columna introeunti a sinistra.

ab una parte:

PRO · SAL · D · N
CLA · IVL · PER
SEM · AVG

ab altera parte inverse posita:

D N *MAG MAXIMI*
ET FL VICTOR
SEMPER AVG
B R P N
5 D N CL IVLIANO PIO
AC FELICI SEMPER
AVG B R P N
II

Contuli. Giulini ms., cui descripserunt Allegranza et abbas Io. Ant. de Beretta; Labus ad Amorettium p. 321, ubi dat priorem, et in schedis apud Annonium, ubi additur posterior; Annonius vidit a. 1831 cum Labusio; Biraghi *il Conciliatore* 1860, 94. Praeterea exempla lithographica nescio unde desecta repperi in schedis Annonianis.

Prior titulus scalprum recens subiit, videtur tamen secundus quadratarius primitivi vestigia pressisse, neque a lectione supra proposita recedit antiquissimum quod habemus exemplum Allegranzae. — In posteriore titulo versus duo primi ita scripti sunt in litura, ut litterae duae primae D N ex antiquiore scriptura remansisse videantur.

Ad viam Mediolanio Comum m. p. XXXV (sic itin. Peut., errore XVIII itin. Antonini p. 278; cf. supra p. 558) haec columna sola adhuc inventa in universo agro Mediolaniensi probabiliter referetur.

XIII. AD LAVDEM POMPEIAM (cf. p. 696).

8057 columna parva ex marmore rubro LODI, ANON. Salarani M p. a Laude in ecclesia antea, nunc in aedibus parochi LODI. Ibidem ZACCARIA, ANONYMUS. Iam Laude in museo publico. De loco tacet PAPIENSIS. — Patavio Laudem deductam credit ANONYMUS sine causa.

IMP · CAES · C · AVREL · VAL
DIOCLETIANVS·P·F·INV·AVG·ET
IMP·CAES·M·AVREL·VAL
sic MAXIMIMIANVS · P · F · INV · AVG·ET
5 FLAVIVS · VAL · CONSTANTIVS · ET
GALERIVS *uAl maximianus*
NOBILISSIMI · CAESARES
M · P

Contuli. Codex Papiensis f. 49; Def. Lodi *discorsi* p. 293 (inde Mur. 461, 7 ex schedis suis); Giulini ms.; Zaccaria episc. Laud. p. 35 et *istituzione* p. 377 qui vidit (inde Orelli 1053); Anonymus n. 23; Vignati p. 250 ex Anonymo, etsi lapidem vidit.

4 INV·AVG·ET·MAXIMIMIANVS (sic) ·P·F *roto* [id est *rotto*] ET Pap.; inde INV·AVG·MAXIMIANVS·P·F·VOTO·ET Lodi, ut ex *roto* male lecto factum sit VOTO. — 8 sic; numerus abest lapide integro.

8058 in eadem columna, in qua legitur n. 8057.

D D D N *n n*
VALENTINIANO
TEVDoSIO ET ARCA
DIO ꜱEMPER
5 AVGGG

p. C. 383/392

Descripsi. Exemplum admodum imperfectum legitur apud Anonymum Vignatii post n. 23.